



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Bonacinæ Vtrivsque Signatvræ Referendarii  
Compendium Omnim Operum de Theologia Morali,  
omnibusque conscientiæ nodis**

**Bonacina, Martino**

**Coloniæ Agrippinæ**

Filiusfamilias.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41152**

fisciens contra faciat, peccat mortaliter. Syl. diff. n. 1.

Fidem tenetur quis etiam cum periculo vitæ, coram in delityranno confiteri, cum id postulat Dei honor, aut præmi salus, aut alioqui scandalum sequitur. Vid. Tol. l. 3. c. 1. n. 2. Syl. Fides n. 8.

Fidei professionem publicè facere debent assumpiti ad gratitatem in Cathedrali, vel canonicatum, vel ad curam marum & etiam religiosorum, & magistri. Conc. Trid. sess. c. 12. de refor. & Pius V.

Quod ni faciant intra duos menses, à die capræ posseñis, non faciunt fructus suos, nec illis suffragatur posseñis. Trid. Conc. sess. 2. 4. de reform. Elapsis quoque duobus mensibus, adhuc tenentur eam facere. Nav. cons. 4. de sum. Trid.

## Filiusfamilias.

Vide v. *Furtum, Restitutio.*

## ADDITIO.

Filiusfamilias dicitur, qui est in potestate patris, aut vel proavi, &c.

Legitimus filius dicitur, qui lege probatus, vel adoptatus.

Legitimus naturalis, qui ex legitimo matrimonio.

Naturalis, qui ex copula, nec approbata, nec reprobata jure Civili.

Spurius qui ex reprobata, ut ex consanguinea, aut adultera, aut vulgo conceptus, qui patrem non potest monstrare, vel ex religioso, aut clero in sacris. Qui autem est ex solita & conjugato, non dicitur spurius.

Expositus, si facta diligentia nihil reperitur, præsumitur legitimus; in dubio autem dicunt quidam, posse Episcopum dispensare, scil. quantum ad Ecclesiastica. Vid. Maiol. de regul. l. 1. c. 11. Vival. de irregul. n. 120. Episcopum) Covarrubias. si furiosus. I p. n. 9. Vival. l. c.

Filium aliquem esse probat sola fama, nisi contrarium constet. Fum. vers. filius. n. 17.

Filiorum nomine non veniunt nepotes in materia odiosa; veniunt autem naturales (non autem spuri) cum tractetur de utilitate, aut eadem ratio est, quæ de legitimis. Vid. Mol. n. 220 col. 9.

Filius

Filius potest accusare patrem de hæresi, vel proditione.  
Vid. Mol. d. 176. col. 12 Tol. L. c. cap. 1. n. 10 vide Ales 3. p. q. 33.  
in 4 art. Navar. cap. 14 n. 12.

Filius in ætate imperfecta datur parenti fideli, in perfecta  
autem sequitur ipse utrum parentum maluerit.

## Fiscus.

1. Ebona pertinent ad fiscum, quæ pertinent ad delinquentem tunc temporis quo bona ipsius publicantur, modò non sint bona affixa personæ: fiscus enim secuta publicatione succedit in jura (& ususfructus, quando id non vetatur) delinquentis. Unde sequitur publicatis bonis alicujus, censeri publicata omnia bona mobilia & immobilia, item actiones, jura, & res censui subjectas; imò ea quæ reo debentur ex contractu celebrato sub conditione, pertinent ad fiscum, secuta conditione, sive ipse fiscus adimpleverit conditionem, sive reus, securus dicendum de bonis futuris, aut quæ post condemnationem reo obveniunt ex ultima voluntate; ut ex legato testamento, vel fideicommissio. Item hereditas quæ rehista fuit criminoso ante patratum erimen, non devolvitur ad fiscum, si criminosis non adierat hereditatem ante publicationem bonorum, imò criminosis potest in tali casu eam in fraudem fisci repudiare, si non sit debitor fisci, aut si eam tacite non acceptaverit; sed non potest illam cedere in favorem alterius to. 2 de Contract. diff. 3. q. 8. p. ult. § 1 n. 1. & seq.

2. Publicatis bonis patris criminosi, videtur aliquid reservandum pro alimentis & legitima filiorum. quia par non est ut filii tantum damni patientur ob parentis delictum: exceptamen delictum hæresis & lœsæ majestatis, in quo propter criminis atrocitatem, filiis delinquentis parentis nihil reservatur, ita exigente bono communi, ut homines ab humili modi criminibus arceantur. ib. n. 15.

3. Quæres, quænam bona censeantur publicata, quando publicantur bona uxoris criminosa? Mortuo viro censentur publicata omnia bona dotalia, paraphernalia, & alia quæ ad ipsam uxorem pertinent. Dicitur mortuo viro: nam vivente viro, eos non confiscatur, exceptis his casibus: videlicet criminis lœsæ majestatis, violentiæ, parricidii, & homicidii. ib. n. 17.

4. Bona majoratum, seu bona primogenitorum, quæ R. 4. alia